

2281
1111
Reuerendissime idemq; Illme Dne. Quia nobis
ad superiores nostras respondisti, ea modo vna
cum incluso supplice libello vestro accepimus &
perlegimus. Et quemadmodum polliciti eramus
eundem Illmae Dominae Gubernatricij nostrae libenter
obfuisse, eius operam nostram accommodassemus
nisi veriti essemus, nos aut cum maiore difficultate
aut etiam causa diffidentia laboraturos cum nullam
subiectam materiam quasi fontem demonstremus,
ex qua velut accessorio quodam illa recompensatio
promanaret. Itaq; cum intellexerimus praedecessores
vestros Episcopos Traiectenses, sexcenta vel circiter
terra iugera (quae mergas vocant) iam olim ut
Ecclesiae dotem in agro Wurdensi possedisse, e re
vestra fore arbitrati sumus, si eiusmodi quaedam
media, quibus petitio vestra miteretur suppliciter
proponeretur, ut eo remotiora ab aulicis oneribus &
ad ararium Regum minus proprie spectantia petijse
videamini. Quare si haec nostri qualiscumq; consilij
temeritas (quam et ideo vestre grauiori censura

Ut nobis confiditis et
magis uestri seruis
postulare nitebitis.

Sicutam esse volumus) apud vos applausum merebitur,
nobis libellum vestrum supplicem, ea vel simili forma
mutatam remiseritis, fidem nostram inuenire sequemur
et circa res vestras ita laborabimus, ut speremus nos
nostrum laboris, et vos expectationis vestrae premium
consequuturos. His optime valeat R. V. nosq. mutua
auctoritatis benevolentia prosequatur, data Bruxella 5. Septembris
Anno 1664

Guilielmus Nassovius Auvaiorum Princeps
Burgundiarum Batauorumq. Gubernator &c.

44
2271.
Qui praesentes exhibet Reuerendissimo Traiectensium
Dno Archiepiscopo ab aedibus, Hiscie diebus Jtto
Dno ac Principi meo Dno Guilielmo Auaricorum
Principi Nassouiae Comiti s praedicti Reuerendissimi
Domini sui scriptum qua debuit reuerentia obtulit, &
Pro responso satis ^{malice} honeste diligenterq institit. Sed
cum Illustrissimus Dnus Princeps meus respondendi
materiam propter certas grauesq causas in longiores
dies protraheret. satius esse videbatur, eius scriptilatozem
recedere, et praeter hoc Reuerendissimo Dno suo denunciare
Illustrissimum Principem meum prima occasione per
Ordinarios Tabellarios Hollandicos responsurum In
cuius rei testimonium. Ego Joannes Loribius secundus
praedictae suae Celsitudinis Secretarius Germanus
noomen meum propria manu subscripsi, Quod Bruxella
Belgarum contigit Kalendis Septembribus Aes 64